

† Anno Ab Imarnatione domini nostri Iesu christi Millesimo Ducentesimo nonagesimo octavo Regnante domino nostro Karolo secundo *etc.* Regnorum suorum anno tertiodecimo. Mense Novembris quarto die eiusdem undecime Indictionis apud Barolum. Loysius de Comestabulo f. qd. Antonii de comestabulo Baroli *etc.* . . . . . Inter Cetera ipsius sue ultime dispositionis constituit sibi heredes. Nicolaum Iohannem et Galganum de comestabulo fratres suos et concives in omnibus bonis suis tam mobilibus quam stabilibus consistentibus ubicumque. Et legavit pro cantandis missis tam pro anima sua quam pro anima Romane uxoris pro omnibus et singulis Clericis Chori Ecclesie Sante Marie Maioris de Barolo tam presentibus quam futuris imperpetuum Domum unam suam orreatam existentem in pictagio Santi Stefani Civitatis Baroli et Inter hos fines videlicet iuxta domum domini Iacobi bonelli militis iuxta domum Francisci camporis iuxta viam publicam iuxta domum Magistri . . . . . de petraroli et si qui alii sunt confines cum Gayfo eidem domui adherente ex parte occidentis et platea existente . . . . . Gayfum predictum a palumbula occidentale eiusdem domus usque ad canale puplicum. Ita ut quod predicti clerici et eorum successores teneantur Anno quolibet facere de personis Anniversarium tam dicti loysii in Ecclesia sancti Stephani de Barolo ubi dictus loysius sibi sepolturam elegit quam anniversarium dicte Romane sue ubi prefata Romana . . . . . sepelietur in posterum cum a presenti seculo transmigrabit. Et predicti clerici et eorum successores . . . . . habeant manutenere possidere et locare dictam domum cum Gayfo prefato. Quod si fecerint cadant . . . . . et licitum sit dictis fratribus et heredibus suis ac eorum successoribus dictam domum cum dictis Gayfo et platea . . . . . Cui legato predicta Romana uxor sua sollempni stipulatione premissa se inde fideiubente a me predicto Iudice primo legaliter inquisita